



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Hierakosophion**

**Demetrius <Pe pagomenus>**

**Lvtetiae, 1612**

xcix. Stomacho male affecto remedium.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12846**

eidem exhibenda est par portio glycy-  
rhizæ & maluæ.

*Stomacho male affecto remedium.*

**S**I stomachus malè affectus sit ex noxio humore, rosaceum vetus cum carne accipitris victui exhibeantur. Ita affectum cognoscetis, cum toto die videbis eum oscitantem. Cui etiam remedium erit laser Cyrenaicum magnitudine grani piperis cum carne datum.

*Stomachus quando non est cibi tenax & debilitatus, fastidit cibum, unde cognoscatur, quomodo curetur.*

**S**EPE nimio labore defatigatus, aut male gestatus, aut contra auem fortiter præliatus, aut offensus in aliqua corporis parte debiliori, aut vinculo inuerso allisus ad perticam, dissoluit stomachum, in cruditatemque incidit. Cognoscitur affectus primum, cum pro sua consuetudine non edit, aut cibum omnino non capit, aut lente capit, aut etiam lentius volat, aut sedet, aut emissus ad exiguum venationem omnino volare nequit, aut cum ante pedes